

instrumēto diuinarū scripturarū. Noster uero populus minor, id est poste-  
rior, relictis idolis quibus ante deseruiebat, ad eundē deum conuersus est, à  
quo Israël, ut supra memorauimus, abscesserat. Sic nāq; populus minor, id  
est posterior, populū maiorē superauit, dū gratiā diuinæ dignationis con-  
sequitur, à qua Israël est repudiatus. Igitur gradū conferamus, & summam  
quæstionis ipsius, certis lineis determinemus. Cur etem deus uniuersitatis  
conditor, mundi totius gubernator, hominis plasmator, uniuersarū gentiū  
fator, legē per Moysen uni populo dedisse credatur, & non omnibus genti-  
bus attribuisse dicatur? Nisi enim omnibus eam dedisset, nullo pacto ad  
eam etiā profelytos ex gentibus accessum habere permetteret. Sed ut con-  
gruit bonitati dei & æquitati ipsius, utpote plasmatoris generis humani  
omnibus gentibus eandē legē dedit, quā certis & statutis temporibus ob-  
seruari præcepit, quando uoluit, & per quos uoluit, & sicut uoluit. Namque  
in principio mūdi ipsi Adæ & Euæ legē dedit, ne de fructu arboris plātatae  
in medio paradisi ederēt: quod si cōtra fecissent, morte morerētur. Quæ lex  
eis sufficeret si esset custodita. In hac enim lege Adæ data, omnia præcepta  
condita recognoscimus, quæ postea pullulauerunt data per Moysen, id est  
Diliges dominū deum tuū de toto corde tuo, & ex tota anima tua, & dili-  
ges proximū tibi tanq; te. Et non occides, nō mœchaberis, non fraudau-  
eris, falsum testimoniū non dices. Honora patrem tuū & matrem, & alienū  
non cōcupisces. Primordialis lex est em̄ data Adæ & Euæ in paradiso quasi  
matrix omniū præceptorū dei. Deniq; si dominū deū suū dilexissent, con-  
tra præceptū eius nō fecissent: si proximū diligerēt, id est semetipsos, persua-  
sioni serpentis nō credidissent, atq; ita in semetipsos homicidiū non cōmi-  
sissent, \*excedendo de immortalitate, faciendo contra dei præceptū. A furto *Al's \*excidendo*  
quoq; abstinuissent, & de fructu arboris clam nō degustassent, nec à cōspe-  
ctu domini dei nostri sub arbore delitescere gestissent. Nec falsum asseuerā-  
ti diabolo participes efficerent, credendo ei quod similes deo essent futuri.  
Atq; ita nec deū offendissent ut patrē, qui eos de limo terræ quasi ex ute-  
ro matris figurauerat. Si alienū non cōcupiscerēt, de fructu illicito non gu-  
stassent. Igitur hac generali & primordiali dei lege quā in arboris fructu ob-  
seruari deus sanxerat, omnia præcepta legis posterioris specialiter indita fu-  
isse cognoscimus, quæ suis tēporibus ædita germinauerūt. Eiusdē est em̄ po-  
stea docere legē, q ante præmiserat præceptū, quoniā & ipsi est erudire po-  
stea, q ante iustos formare instituerat. Quid em̄ mirū si is auget disciplinā,  
q instituit: si is pficit q cœpit. Deniq; ante legē Moyfi scriptā in tabulis lapi-  
deis, legē fuisse cōtendo nō scriptā, quæ naturaliter intellegebat & à patrib<sup>9</sup>  
custodiebat. Nā unde Noe iustus inuētus, si nō illū naturalis legis iustitia  
pcedebat: unde Abrahā amicus dei deputatus, si nō de æquitate & iustitia  
legis naturalis: unde Melchisedech sacerdos dei sūmi nūcupatus, si nō an-  
te Leuiticæ legis sacerdotiū Leuitæ fuerunt, q sacrificia deo offerebāt: sic em̄